



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Regvla LXXX. In toto partem non est dubium contineri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

REGVLA LXXIX.

Nemo potest plus iuris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur.

Convenit cum l. Nemo plus iuris D. hoc tit. Exemplum requirit in cap. Nuper 6, Ext. De donat. inter vir. & ux. unde & hæc Regula desumpta videtur. Et hinc traditio nihil amplius transfert in alium, quam est apud eum, qui tradit: puta, si dominus sit, transfert dominium, præcedente scilicet iusto titulo, l. Traditio 20, junctim. R. de 31, D. De acquir. rer. dom. alioqui usucapientia præscribendi conditionem, l. Clavib. 74, D. De contrah. empt. Quod si res onere affecta fuerit apud auctorem, idem onus relinquetur & apud successorem, d. l. Traditio, cap. Ex licet 5, circa fin. Ext. De pignori. cap. Pastoralis 28, De decimis. Non debet, inquit Ulpianus, meliora conditionis esse, quam antea meus, & quo ius in me transit, l. In is 175 §. 1, D. hoc nostris tit. Quod etiam fit, ut, si fundo vendito, ea lex adjecta sit, ut si certo tempore pretium vel pensio soluta non fuerit, idem fundus ad venditorem redeat, & postea ab emptore fundus pignori datus sit, evanescat jus pignoris, si solutioni satisfactum non fuerit ab emptore, l. Lex vestigali 31, l. Grego 13,

§. 1, D. De pignori. Resoluto enim jure auctori res solvitur & jus successoris, d. l. Lex vestigali, & de Nuper Ext. De donat. inter vir. & ux.

Neque huic Regulae adversatur idem Ulpianus, dum ait: Non est novum, ut qui dominium non habuit, alii dominium præbeat; nam & creditor pignus vendendo causam dominii præstat, quam ipse non habuit, ut tu est in l. Non est novum 46, De acquir. rer. dom. Non, inquam, adversatur: quia id voluntate debitoris fit, qui ita pactus est, ut pecunia suo die non soluta, creditori liceret pignus vendere: at nihil interest, suam rem quis vendat, an alieam voluntate domini, l. Qua ratione 9 §. nihil ansem interit, D. d. i. c. De acquir. rer. dom. Quod enim quis per alium facit, per se ipsum facere videtur, & qui facti sup. eod. Idem est, si legis auctoritate dominium transferatur, veluti, cum a tutore, vel curatore res minoris, l. Iex qua 12, C. De administr. tut. & a Prælato res Ecclesie, alienantur, servata juris forma, in cap. Sine exceptionibus 111. qu. 2.

REGVLA LXXX.

In toto partem non est dubium contineri.

Vide, quæ diximus ad cap. Plus semper 35, sup. eod.

REGVLA LXXXI.

In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.

Stimateur exempla ex cap. fin. De offic. Vicarii lib. 6, & ex cap. 1, De penitent. & remiss. eod. lib. Unde hæc sententia huc reducta videtur. Item ex l. Filiusfamilias, 7, D. De donat. & ex l. Obligatione, 6, D. De pignori. Adeoque obtinet hæc Regula, etiam si concessio generalis iurejurando confirmata sit, cap. Quomodo, 21, Ext. De iurejur. l. Si iuberis, 30, D. De oper. liberor. Neque enim iuramentum defectum consensus supplet, l. fin. C. De non num. pecun. Ceterum, unde hæc verisimilitudinem colligimus? Respondet Glossa, hic, ex impossibili, vel inhumana vel dura separatione, ut in d. l. Obligatione, cum 3, l. segg. Obligatione gene-

rali rerum, inquit, textas, qui quis habuit habiturus, vè sit, ea non continebuntur, quæ verisimile est quemquam specialiter obligaturum non fuisse: ut puta, si pater, item vestia relinquenda est debitori, & ex mancipio, quæ in eo usu habebit, ut certum sit eum pignori daturum non fuisse. Proinde de ministerio ejus perquam necessariis, vel quæ ad affectionem ejus pertineant, vel quæ in usum quotidianum habentur, &c. addo l. 1. C. Quæ res pig. oblig. & l. Possessionum 11, C. Com. utriusque jud. Item ex eo, si alicui tertio præjudicet, l. 1. §. merito & l. si quis D. No quid in loco publ. cap. 1. De capit. qui cur. vend. in lib. Feud. vel turpius inhonesta & impossibilia sunt, cap. 1, De iurisp. lib. 6.